

## Soluzioni Livello A 2018

Imperator Karolus vir eloquentissimus erat, qui dicere poterat quodcumque volebat. Praeter patriam linguam sermones (**11. Peregrinos**) didicit et sic Latine loquebatur, ut eā linguā aequē ac patriā uteretur; Graecum sermonem autem satis comprehendere poterat neque Graece eleganter (**13. Loquebatur**). Amabat maxime artes liberales, (**1. Quarum**) doctores, magnā veneratione digni, multis honoris ab eo afficiebantur. Eius magistri Petrus Pisanus senex et Alcuinus de Britanniā fuerunt; prior eum grammaticam (**15. Docuit**), alter, vir Saxo eruditissimus, ceteras disciplinas, inter quas rhetorica, dialecticam et astronomiam. Ferebat semper secum instrumenta sciptoria ut se exerceret ad (**7. Scribendum**), sed sero incepit hoc studium neque multum progressus est. Ad cenam aderant lectores, quos libenter audiebat et qui historias et antiquorum res gestas (**16. Recitabant**) unā cum sancti Augustini locis.

Francorum leges, saepe dissimiles inter se vel carentes, perficere et meliores facere voluit; praeterea curavit (**14. Ut**) omnes nationes subiectae, quibus iura scripta non erant, ea litteris mandarent. Scripsit et memoriae mandavit veteres versus qui de (**3. Antiquis**) regibus et eorum rebus gestis narrabant. Mensium nomina mutavit quod propriā linguā non latinā aut barbarā uti voluit ut menses appellaret; etiam propria nomina dedit duodecim ventis, cum antea vix quattuor ventorum vocabula essent.

2. V/F/F/F/V/V/F/V

3.

| <b>1</b> | <b>2</b> | <b>3</b> | <b>4</b> | <b>5</b> | <b>6</b> | <b>7</b> | <b>8</b> |
|----------|----------|----------|----------|----------|----------|----------|----------|
| <b>b</b> | <b>a</b> | <b>d</b> | <b>b</b> | <b>c</b> | <b>b</b> | <b>d</b> | <b>c</b> |

4.

| <b>1</b> | <b>2</b> | <b>3</b> | <b>4</b> | <b>5</b> | <b>6</b> | <b>7</b> | <b>8</b> |
|----------|----------|----------|----------|----------|----------|----------|----------|
| <b>a</b> | <b>c</b> | <b>c</b> | <b>d</b> | <b>b</b> | <b>a</b> | <b>d</b> | <b>b</b> |

5.

Trasforma le seguenti proposizioni secondo quanto suggerito:

- a. R. 2-3: *Etiam peregrinis linguis ediscendis operam dedit*  
Etiam operam dedit ut peregrinas linguas EDISCERET
- b. R. 5-6: *In descendā grammaticā Petrum Pisanum senem audivit*  
Ad grammaticam DISCENDAM Petrum Pisanum senem audivit
- c. R. 9: *Ut (...) manum (...) adsuesceret:*  
Manum ADSUESCENDI causā
- d. R. 9-10: *Labor iste, sero inchoatus, parum successit*  
Labor iste, qui sero INCHOATUS ERAT/EST, parum successit
- e. R. 10: *Dum cenat, lectorem audiebat*

Cum CENARET/CENABAT, lectorem audiebat

- f. R. 12: *Cum adverteret multā legibus populi sui deesse*  
ADVERTENS multā legibus populi sui deesse (UTILIZZARE UN MODO INDEFINITO/  
FORMA IMPLICITA)
- g. R. 14-15: *Iura (...) litteris mandari iussit*  
Imperavit ut iura litteris MANDARENTUR/ MANDARENT
- h. R. 18-19: *Cum ante id temporis apud Francos partim Latinis, partim barbaris nominibus pronuntiarentur*  
Quia ante id temporis apud Francos partim Latinis, partim barbaris nominibus PRONUNTIABANTUR

6.

(Karolus) religionem Christianam, qua ab infantia erat educatus, sanctissime et cum summa PIETATE coluit, ac propter hoc plurimae pulchritudinis basilicam Aquisgrani exstruxit auroque et argento et luminaribus atque ex aere solido cancellis et ianuis ADORNAVIT. Ad cuius structuram cum columnas et marmora aliunde habere non posset, ROMA atque Ravennā vehenda curavit. Ecclesiam et mane et vespere, item nocturnis HORIS et Sanctae Missae tempore impigre frequentabat, curabatque magnopere, ut omnia quae in ea gerebantur maxima cum honestate FIERENT, aedituos (id est qui basilicam custodiebant) creberrime monens, ne quid indecens aut sordidum aut inferri aut in ea remanere permitterent. Sacrorum vasorum ex auro et ARGENTO vestimentorumque sacerdotalium tantam copiam procuravit, ut in Sanctis Missis celebrandis ne ianitoribus quidem, qui ultimi ecclesiastici ordinis sunt, privato HABITU ministrare necesse fuisse. Legendi atque psallendi disciplinam diligentissime emendavit. Erat enim utriusque admodum ERUDITUS, quamquam ipse nec publice legeret nec nisi submissim et in commune cantaret.

#### CRITERI PER CONSEGUIRE LA CERTIFICAZIONE

5 esercizi indispensabili per ottenere il livello A1: 3 focalizzati sulla comprensione (area 1), 2 sulla morfo-sintassi (area 2), così divisi: 1. Competenza lessicale (= completamento di parafrasi); 2. Comprensione globale (= scelta vero/falso); 3. Comprensione analitica (= domande in latino a risposta multipla); 4. Competenza morfo-sintattica: riconoscimento delle strutture (= domande a risposta multipla); 5. Competenza morfo-sintattica ‘attiva’ (= trasformazione di strutture sintattiche).

Ogni esercizio prevede 8 risposte: per conseguire la certificazione di livello A1 è necessario ottenere il 75% di risultati in ciascuna delle due aree, quindi almeno 18 punti fra ess. 1-2-3 e almeno 12 fra ess. 4 e 5.

**SOLO QUALORA SIA STATA OTTENUTO UN PUNTEGGIO CHE CONSENTE IL RAGGIUNGIMENTO DEL LIVELLO A1**, si può ottenere l'A2 con l'esercizio 6; si tratta del completamento di un brano d'autore prossimo a quello analizzato con termini dati, che però vanno flessi. L'esercizio è superato (ed il livello A2 conseguito) se è corretto il 75%, cioè 6/8.